

TABULA V.

DE

PRINCIPIO ET PRINCIPIATO.

- 1. DEFINITIO. PRINCIPIUM, ut habet Thomas part. 1. sum. Theolog. qu. 30. art. 1. est id, à quò aliquid quocunque modo procedit. (α) Alii ex Arist. lib. V. Met. c. 1. ita definiunt: Principium est primum, unde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur. (β)
- 2. CORRELATUM EST PRINCIPIATUM, siquidem habet se ad illud, sicut capitatum ad caput, & clavatum ad clavum, nomine ad præscriptum Aristotelis à correlativâ voce deducto ex l. de categor. cap. VII. (γ)

Doctrinam de Potentiâ & Actu sequitur Doctrina de Principiò & Principiatò, causâ & causatò, propterea, quia maximam cognationem habent; quod vel inde perspicere est, quia potentia, statim atque ad actum traducitur, principium & causa actus evadit. Postquam igitur actum fuit de Potentiâ & Actu, rectè agitur de Principio & principiatò, in hac tabulâ, & de causâ ac causatò in sequenti tabulâ. Notari autem hic debet

ESSENDI, à quò res dependet quòd esse, ubi tò esse idem est, ac post fieri in existendo permanere. v. gr. anima sentiens & corpus organicum respectu Animalis. (δ)

FIENDI, underes, dum fit, dependet; non autem quando jam facta est. Ita à futuro calceus, ab architectò domus, & fabrò arcà, dum fiunt, dependent; sed quando facta sunt, illis absentibus vel è mediò sublatis opificibus permanent. Quò PRIVATIO in Phycis etiam pertinet, non quidem in abstractò sumta; sic enim est in casu reitò negatio forme, nisi quod in obliquo etiam subjectum capax importat, adeoq; quia simpliciter est non ens, hòc modò neutiquam principium esse potest; sed in concretò, & prout est aliquid privatione affectum. Hinc Aristoteles ferè ubique exempla ejus terminis concretivis exprimit, ut quando l. 1. phys. c. 5. ait, ex immusico fieri musicum, ex insfigurato figuratum. (ε)

ABSOLUTE, prout non excludit principia essendi, sed eà ambitu suo complectitur, juxta vulgatam regulam: à quò res dependet in esse, ab eò etiam in cognosci dependet. Sicut in Phycis ex NATURA motus, & ex interpositione terræ inter solem & lunam Eclipsis hujus distinctè cognoscuntur, cum interim etiam inde in esse suo dependant. (ζ)

EXCLUSIVE, prout ita est principium COGNOSCENDI, ut non sit simul principium rei in ESSE vel FIERI, ut effectus & accidentia, quatenus ex eorum notitiâ pervenimus in cognitionem causæ & subjecti. Item plurimæ propositiones, interque eas illæ, quæ in Mathematicis Axiomata appellantur, uti: Totum est majus suâ parte: equalia ab equalibus si auferas, quæ remanent, sunt equalia. Ut & principium primum & universalissimum. (η)

PRINCIPIUM QUOD, idque est, quod in casu reitò aut modò equivalente enunciatur, adjunctò verbò vel nomine significante id, cujus est principium. Et ut plurimum est aliquod suppositum, (θ) ut Architectus ædificii, Christus passionis, homo habitus philosophiæ. Et quamvis etiam in obliquo casu dicamus: Ab architectò ædificatur domus, à Christo tolerata fuit passio, in homine est Philosophia: quia tamen hæ & aliæ plures locutiones prioribus æquipollent, unumquodque suppositorum tamen propositorum manet Principium QUOD. (ι)

PRINCIPIUM QUO, idque est, quod in casu auferendi, aut modò equivalente effertur, adjunctò verbò vel nomine significante id, cujus est principium. Et latiùs priori patet, estque 1. Natura aliqua, ut Christus humanâ naturâ est passus; five humana Natura est id, quò CHRISTUS est passus. 2. Forma, five substantialis, sicut anima est principium Quo intelligimus; five accidentalis, ut calor, Quo ignis urit; & ars prout est id, Quo architectus ædificat. 3. Pars integralis, ut oculus, quò videmus; & manus, prout est id, Quo v. gr. scribimus, vel aliquid apprehendimus. 4. Instrumentum, ut ascia vel ferra, prout est id, Quo architectus ædificat. (κ)

CAUSALE, five CAUSA, quæ est principium, quod per se influit esse in aliud, aut, si non influit, intendit tamen & aliquid confert. Ubi notandum 1. Aliud dici, quod habet essentiam, ad minimum numerò diversam, quare Pater in divinis non est aliud à Filio, licet sit alius; in Trinitate enim, non datur αλλο καὶ ἄλλο, aliud atque aliud, licet detur ἄλλο καὶ ἄλλο, alius atque alius. Contrà in Θεῶν δριῶπις non datur ἄλλο καὶ ἄλλο, licet ibi detur ἄλλο καὶ ἄλλο. 2. Vocabulum influxus hic non sumitur strictè & specialiter, ut tribui solet causæ efficienti ad distin-

3. DIVISIO, est igitur Principium

II. Aliud est vel

III. Aliud est vel (λ)

A

B